



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent, vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

10. Gaudium erit in cælo, & coram Angelis Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

Caluini  
nequitia  
singulari.

1. Cor. 7.

vt eis prius, quantum in se est, non prospiciat. Nec coniugatus nec liberorum pater ad monachismi professionem aliter admittitur. Sic solet Calvinus sententiam Catholicam quam refellere vult, qualis est in propriis terminis nunquam atterrare proferre; sed mutato controuersæ & quæstionis statu, non sententiam Catholicam, sed suum figmentum refutare. Mentitur ergo Calvinus affirmans homines ab humanitate deficere vt ad Christum accedant. Quod postremo dicit, ita falsum & impium est, vt Apostolos & omnes primos Christianos stultitiæ & impietatis conuincat, qui de factis omnia sua reliquerunt vt Christum verius sequerentur. Alius ille modus quem Calvinus ponit, bonus quidem est renouandi modus, & omnibus Christianis necessarius, qui sic debent *vti hoc mundo quasi non utantur*; sed quod verior & melior modus non sit, solum Apostolorum exemplum sufficienter demonstrat.

### IN LVCAE CAP. XV.

10. *Gaudium erit in celo, & coram Angelis Dei.*

Sancti in  
celo nostra  
cognoscunt.

**S**OLENT hæretici Sanctos in celo mortuos vocare, & eorum quæ hic aguntur penitus ignorare asserere, vt sic eorum invocationem planè ridiculam esse ostendant. Sed quum de Sanctis dicat iuxta Christum, quod erunt æquales Angelis Dei. Luc. 20. hanc autem conuersionem pœnitentium ad eò Angelis notam assermet, vt de ea in celis gaudeant, manifestè sequitur, beatitudinem quoque in celo regnantibus eandem esse notam. Nulla autem ratio est, cur iustorum preces & vota non cognoscant, qui peccatorum pœnitentiã cognoscere, & de ea latari possunt. Nec æquales Angelis sancti essent, nisi in eodem scientiæ genere paritas & similitudo foret.

24. *In se reuersus dixit, &c. Surgam, & ibo ad Patrem meum.*

Pœnitentiæ  
doctrina a  
Caluino  
corrupta.

**H**ÆRETICI hodie, vt solius fidei iustificantis dogma stabiliant, ne ipsam quidem pœnitentiã ad remissionem peccatorum necessariã esse volunt. Docent quippe pœnitentiã ex fide iustificante nasci, & neminem pœnitere posse nisi qui iam sit filius Dei, & per fidem specialem Deum